

CONSILIO

ON THE NEW EUCHARISTIC PRAYERS

De nonnullis in novis precibus eucharisticis definiendis

In conficiendis popularibus interpretationibus novarum Precum Eucharisticarum, haec serventur:

1. Summus Pontifex accedendum esse statuit desiderio a pluribus expressum, ut in formulis consecrationis verba Domini modo uniformi in omnibus excribantur, ita ut facilior evalet eorum recitatio ex parte sacerdotum, praesertim vero in concelebratione.

Quapropter verba Domini in novis Precibus Eucharisticis sic scribantur:

In consecratione panis:

Accipite et manducate ex hoc omnes:
Hoc est enim Corpus meum,
quod pro vobis tradetur.

In consecratione vini:

Accipite et bibite ex eo omnes:
Hic est enim calix Sanguinis mei
novi et aeterni testamenti,
qui pro vobis et pro multis effundetur
in remissionem peccatorum.

Hoc facite in meam commemorationem.

Haec eadem verba, omnia, typis evidentioribus in universo textu conscribantur, ad normam eorum quae statuuntur n. 21 b) Instructionis S.R.C. "Eucharisticum mysterium".

2. In iisdem novis Precibus Eucharisticis, saltem in editionibus Canonis ad usum Episcoporum, post verba "et Episcopo nostro N." vel "et Episcopi nostri N." in intercessionibus ocurrentia, ponantur verba quae ipsi respondent "et me indigno servo tuo" vel "mei indigni servi tui", eadem ratione ac in Canone Romano adhibenda quando Missa celebratur ab Episcopo.

E Civitate Vaticana, die 6 mensis noveinbris 1968.

De mandato Em.mi Praesidis

A BUGNINI, CM
a Secretis